

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Suspicio ex ligula quò progressa?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

nem vitæ sanctioris. Quantum postea erroris sui vñrum pœnituit, quando, intervenandum, in cælestem hanc prædam incidit? Sed serò fundit lachrymas crocodilus. Itaque intellexit tandem, & agnouit; se ipsum quoque nimis præcipitem fuisse, in coniuge præcipitanda...

Quod & alteri illi contigit. Anno Christi 1528. Basileæ  
cuius quidam cetera honestus, & locuples, Christophorus Bon-  
gartnerus, in eo solūm culpæ non expers, quòd vxorem suam,  
de adulterio suspectam haberet, nullo sufficiente arguento.  
Addidit vel casus, vel Orcus nouam suspicandi ansam. Quippe  
eam suspicionem auxit; quòd in famuli sui indusio ligulas se-  
ricas inuenerit, quas suas esse nouerat. Adit vxorem ira atque  
indignatione commotus; extorquet vi ab ea, vt fateatur, se  
cum famulo rem habuisse: id si faciat, promittit impunitatem:  
sin neget, præsentem minatur mortem. Illa fatetur, quod non  
fecerat, sed mox fugit ad sōrem in pagum. Attamen amico-  
rum rogatu mulier conciliata marito redijt ad ædes illius. Ea  
nocte fertur ad communem: admissa cubile. Atqui verò, altera  
die, quæ erat Dominica, ablegatā famulā, & liberis, ex priore  
coniuge suscepit, primum grauidam vxorem confudit. Inde  
filiam vix quadrimam interemitt. Mox epistolam scripsit ad se-  
natum, &c, ter inuocato nomine Iesu, è summa ædium suarum  
parte se præcipitem dedit; fractis ceruicibus. Epistola illa con-  
tinebat, quid, & quo animo fecisset. Porrò de eo licet mortuo,  
græa est sumptum supplicium; & corpus eius fractis ossibus  
sublimi rotæ impositum. Animam, quis dubitet in infernum  
eccidisse? Qua de caussa, in quantam iste se coniecit calamis-  
tam? Ligula eum serica mouit, quam suam fuisse putauit;  
quasi non alia illi similis emi potuisset? aut illa ipsa ab hero-  
amissa, à famulo quiuerit inueniri?

Nimirum zelotypia perturbationum omnium est trucu-  
lentissima, quæ ita judicium euerit hominis, vt ex musca faciat  
elephantem, omniaque habeat, quæ circa vxorem aguntur, su-  
specta; tantoque maior est hæc perturbatio, quanto intem-  
perantior amor, ex quo originem trahit. Quòd enim vehemen-  
tius aliud amat, eò contentius repellit, quidquid ei vel

V.  
Surius in  
Chron. ad an.  
1528.

## VI.